

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probus dictus,
De Vita Excellentium Imperatorum**

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

XI. Iphicrates.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

XI.

IPHICRATES,

ARGUMENTVM.

1. Iphicrates non tam rebus gestis, quam disciplina militari & mutatis armis notus, 2. bellum gessit cum Thracibus, & apud Corinthum exercitatisimo milite Lacedaemonios fugavit: Persarum conductitus in Aegypto praefuit: & Epaminondam retardauit. 3. Admirabilis imperator, bonus ciuis magnaue fide, suorum semper fauore usus. Huic filius scite exprobrauit uxorem barbaram.

I Iphicrates Atheniensis non tam ¹ magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, vt non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne ² de maioribus natu quidem quisquam antep³oneretur. Multum vero in bello ³ versatus, saepe exercitiis praefuit, nusquam ⁴ culpa (sua) male rem gessit, semper ⁵ consilio vicit; tantumque ⁶ eo valuit, vt multa in re militari partim noua attulerit, partim meliora fecerit.

Cap. I. ¹ non tam magnitudine] i. e. ex. Quidam libri non tam genere & magnitudine rerum gestarum, alii, non tam genere, quam magnitudine. Sane genus eius haut clarum fuit. qui Platarcho teste Apopthegm. p. 186 δονῶν υἱὸς εἶναι σκοποτόμῳ cerdonis filius esse putabatur. Vnde cuidam ex Harmodii posteris, generis ignobilitatem exprobranti, respondit, τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμῆ γένεσ' ἀρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ πάυεται. C.

² de] ex. ³ versatus] herum getummelt.

⁴ nusquam culpa sua] Addunt sua manuscripti quidam libri, vt fortius culpae alienae opponatur. Non enim semper vicit, sed etiam male rem gessit, praeter tamen culpam suam, v. gr. in Aegypto culpa Pharnabazi apud Diodorum XV. 43. C.

⁵ consilio] ex. ⁶ eo] scil. consilio.

namque

namque ⁷ ille pedestria arma ⁸ curauit, cum ante ³
 illum imperatorem maximis clypeis, breuibus
 hastis, minutis gladiis, vterentur. Ille e con- ⁴
 trario ⁸ peltam pro parma fecit, ⁹ a quo postea
peltastae pedites appellantur: vt ad m. tus con-
 cursusque essent leuiores. hastae ¹⁰ modum
 duplicauit: gladios longiores fecit. ¹¹ idem
 genus loricarum mutauit, & pro ¹² ferreis atque
 aeneis linteas dedit. Quo facto expeditiores
 milites reddidit. nam pondere detracto, quod
¹³ aequae corpus tegetet & leue esset, ¹⁴ curauit.

⁷ ille] Iphicrates.

⁸ peltam pro parma fecit] Et pelta & parma breue scu-
 tum, si cum magnis Romanorum comparantur: pelta
 tamen breuior & minor, quam parma. Suidae pelta
ἀσπίδων τετραγώνων, paruum scutum quadrata forma; &
 si Amazona intelligitur, instar hederæ folii, vt ex Xeno-
 phonte Pollux notat I. 10. 6. vnde lunatae sunt Virgilio
 Æn. I. 490. Parma vero tripedalis memorata Lilio
 XXXVIII. 11. Heic sane maioris formæ intelligitur, vt
maximis clypeis n. 3. respondeat, quemadmodum Diodo-
 rus XV. 44. *μεγάλην ἀσπίδα* vocat, eique opponit
πέλτην σύμμετρον C.

⁹ a quo] sc. facto.

¹⁰ modum] longitudinem. Duplo longiores, quam
 antea, fecit hastas.

¹¹ idem] Iphicrates.

¹² pro ferreis atque aeneis linteas] quod Silio III. v. 272
 est *lino munire latus*. Variis gentibus vsus huiusmodi
 loricae erat. Strabo III. p. 106 de Lusitanis, *λινοβάξ-
 κες οἱ πλείους*. Herodotus VII. 63 Assyriis militibus
λίνας δάσσηκας adsignat. Nec Romanis ignotum hoc
 genus corporis muniendi. Suetonius Galba c. 19. *lori-
 cam induit linteam*. Quomodo autem ita firmetur, vt
 ferro resistat, disputant Casaubonus ad Suet. c. 1. & Fer-
 rarius de Re Vest. P. 2. lib. 4. c. 11. C.

¹³ aequae] eben so wol.

¹⁴ curauit] procurauit. Sensus: procurauit (tale quid)
 quod aequae corpus tegetet &c. 1 Bellum

II ¹ Bellum cum Thracibus gesit: ² Seuthen socium Atheniensium in regnum restituit. ³ Apud Corinthum ⁴ tanta seueritate exercitui praefuit, ut nullae unquam in Graecia neque exercitiorum copiae, neque magis ⁵ dicto audientes fuerint duci: in eamque consuetudinem adduxit, ut, cum proelii signum ab Imperatore esset datum, ⁶ sine ducis opera sic ordinatae consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur. ⁷ Hoc exercitu ⁸ moram Lacedaemoniorum interceptit: quod maxime ⁹ tota

Cap. II. ¹ Bellum cum Thracibus] Huius belli meminit Frontinus I, 5. n. 24. & Xenophon IV. Graec. extremo ait cum octo nauibus commissum fuisse. C.

² Seuthen socium] de hoc in Alcibiade cap. 8. C.

³ Apud Corinthum exercitui praefuit] Bellum, quod propter exsules gestum est a Spartanis cum Atheniensibus, Thebanis & Argiuis, ideoque Corinthium appellatum. Originem & exitum describit Diodorus XIV. 87. unde repetimus Hist. Antiq. lib. 3. Adde nostrum Agesil. c. 5. C.

⁴ tanta seueritate] mit so großer schärfe.

⁵ dicto audientes] mandato eius obedientes.

⁶ sine ducis opera sic ordinatae] Curtius III. 2. 14 de simili Macedonum disciplina, non duces magis, quam milites callent. C.

⁷ hoc] cum.

⁸ moram Lacedaemoniorum] Mora Graecum verbum, *μὲν* ex cohors Laconica, quingentorum secundum Ephorum, vel nongentorum secundum Polybium. Plutarch. in Pelop. p. 286. Vtus hac voce etiam Xenophon Rep. Lac. p. 399. aliquoties: & nomen, ac rem, quam noster tradit, ita Plutarchus expressit extremo libro *Virum Athen. pace an bello clariore*: πρὸς Δέχαιον Ἰφικράτης κατένοπτε τὴν Λακεδαιμονίων μίερον. nam etiam diphthongo scribunt: utroque autem modo partem seu portionem exercitus significat. C.

⁹ tota] in.

ro celebratum

¹⁰ celebratum est Graecia. Iterum ¹¹ eodem bello omnes copias ¹² eorum fugavit. ¹³ quo facto magnam adeptus est gloriam. Cum ¹⁴ Artaxerxes ¹⁵ Aegyptio regi bellum inferre voluit, Iphicratem ab Atheniensibus petiuit ducem quem praeficeret exercitui ¹⁶ conductitio, cujus numerus duodecim millium fuit. quem quidem sic ¹⁷ omni disciplina militari erudiuit, ut quemadmodum quondam, ¹⁸ Fabiani milites Romani appellati sunt; sic *Iphicratenses* apud Graecos in summa laude fuerint. Idem ¹⁹ subsidio Lacedaemoniis profectus, Epaminondae ²⁰ retardavit impetum: nam nisi ²¹ eius adventus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio ²² delessent.

¹⁰ celebratum] laudatum, praedicatum: per famam celebre factum.

¹¹ eodem] in.

¹² eorum] Lacedaemoniorum.

¹³ quo] ex.

¹⁴ Cum Artaxerxes] cognomine Mnemon. C.

¹⁵ Aegyptio regi] Acori Diodor. XV. 29. Adde Hist. Antiquam p. 172. C.

¹⁶ conductitio] dar in seinem solde stinde.

¹⁷ omni] in.

¹⁸ Fabiani milites] praestantissimi milites, ut vel ad CCC. Fabios, vel ad milites Q. Fabii Maximi in bello Punico respiciatur. Alias Fabiani nomen Lupercorum apud Festum: & tribus Romanae apud Suetonium Aug. c. 40. C.

¹⁹ subsidio] in subsidium.

²⁰ retardavit impetum] Bosius inceptus, ex fide quorundam codicum. Factum hoc medio tempore inter Leuctricam pugnam & Mantineensem, Diod. XV. 75. 77. C.

²¹ eius] Iphicratis.

²² delessent] contracte pro delessent.

Fuit

III Fuit autem & ¹ animo magno, corpore, ² imperatoriaque forma, ut ³ ipso ad spectu cuius in-
⁴ iiceret admirationem ⁴ sui. Sed in labore ⁵ re-
 missus nimis, parumque ⁶ patiens, ut ⁷ Theo-
 pompus ⁸ memoriae prodidit: bonus vero ci-
 vis, ⁹ fideque magna. quod cum in aliis rebus
 declaravit, tum maxime in Amyntae Macedo-
 nis liberis tuendis. namque ¹⁰ Eurydice, ma-
 ter Perdiccae & Philippi, cum his duobus pue-
 ris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit,
¹¹ eiusque opibus defensa est. Vixit ad sene-
 ctutem ¹² placatis in se suorum civium animis.

Cap III. ¹ animo] von großem gemüthe.

² imperatoriaque forma] procera & cum dignitate oris
 siue virili pulchritudine coniuncta. Plinius Paneg. cap.
 4 de Traiano: Iam firmitas, iam proceritas corporis iam ho-
 nor capitis & dignitas oris --- nonne longe lateque principem
 ostentant. Tacitus Hist. 1. 7 ipsa aetas Galbae & irrisui &
 fastidio erat, adfectus iuventutis Neronis, & imperatores forma
 ac decore corporu, ut est mos vulgi, comparantibus. C.

³ ipso] ab, i. in.

⁴ sui] & corporis & animi.

⁵ remissus] metaphora deducta ab arcu, cuius linea
 remissa dicitur, quando non est tensa. Sic & nos dici-
 mus: er läßt nach.

⁶ patiens] er konte wenig vertragen.

⁷ Theopompus] vide Alcibiad. c. II. C.

⁸ memoriae] zum andenken.

⁹ fideque] von großer treue.

¹⁰ Eurydice, mater Perdiccae & Philippi] Eurydice, Amyn-
 tae regis vidua, a Pausania regni inuasore agitata, se &
 filios in fidem Iphicratis, cum imperio tum ad Amphi-
 polim missi, tradidit, a quo etiam defensa est, & Pau-
 sanias Macedonia expulsus. Aeschines de Fals. Legat s. 399.

¹¹ eiusque] ab.

¹² placatis] sc. fructis.

¹³ caussam

¹³ *causam capitis semel dixit*, ¹⁴ bello sociali, simul cum ¹⁵ Timotheo, ¹⁶ eoque iudicio est absolutus. ¹⁷ Menesthea filium reliquit ex ¹⁸ Thressa natum, ¹⁹ Coti regis filia. ²⁰ Is cum ²¹ interrogaretur, *virum*, ²² pluris patrem matremue faceret; matrem, inquit. Id cum omnibus mirum videretur; at ille, *merito*, inquit, *facio*. Nam pater, quantum in se fuit, ²³ Thracem me genuit: contra ea mater, ²⁴ Atheniensem.

¹³ *causam capitis dixit*] defendit se in iudicio, quum talis rei causa adcusatus esset, qua caput vel vitam amittere potuisset.

¹⁴ *bello sociali*] sc. in bello, quod Athenienses gesserunt contra Byzantios, Chios, Rhodios & Coos, qui ab societate defecerant. Unde sociale dictum, Diodor. XVI. 21. C.

¹⁵ *Timotheo*] qui damnatus fuit, ut in vita eius cap. 3. dicitur: Iphicrates vero absolutus, territis iudiciis stricto gladio & barbaro comitatu. Seneca Controv. VI. 5. Polyaen. lib. 3.

¹⁶ *eoque*] ab.

¹⁷ *Menesthea*] acc. graec. declinat. tertiae.

¹⁸ *Thressa*] foemininum est a *Thrax*, quod notat incolam Thraciae.

¹⁹ *Coti regis filia*] Iphicrates missus aduersus Thraciae regem Cotyn, bis acie victus foedus cum eo percussit, & filiam finxit uxorem. Senec. c. 1. Quamquam parum gratus socer erga generum fuit, Demosthen. contra Aristocratem p. 746. Scribitur *Cotus* & *Cotys*. C.

²⁰ *Is*] Menestheus.

²¹ *pluris*] pretii rem. ²² *faceret*] schätzete.

²³ *Thracem*] Thressa cum uxore dum matrimonium iniit.

²⁴ *Atheniensem*] ex viri Atheniensis complexu.

XII.

CHABRIAS.

ARGUMENTVM.

1. Chabrias Thebanis auxilio missus, nouo pugnandi genere

G

ma gnarn